referam *dett. pauci Merkel.* — 13 non quo] '*malim* quo non' *Riese.* — 15 capillo] capillis *ed. Gryphiana Merkel.* — 20 tractantum] *exc. Politiani aliique dett.*, tractatam *cet. Riese.* — 27 uti] ut haec *Argent. Merkel.* — 37 hoc] id *dett. pauci Merkel.* — 39 est] *βγ*, *om. cet. Korn · Merkel.* — 41 Chionides] eonides *Basileensis et Lips., Edonides Merkel.* — 43 Achille] achilli ς *Merkel.* — 49 et] *βγς*, ut ς *Merkel Korn.* — 51 illis] istis *dett. pauci Merkel.* — 55 an sit] absit *Argent. et dett. pauci Riese.* — 62 nepos] ς, tuus *βγς, Korn.* — 73 ipse] *βγς*, ille ς *Merkel.* — 78 mea] mihi *dett. duo Merkel.* — 89 sibi] tibi *dett. pauci Merkel.* — 91 tempus] *βς*, templum *γ Merkel,* numen, *quod coniecit Korn, Riese.* — 92 est] *om. Argent. et Vossianus Merkel.* — 95 faveas quin his] quin his faueas *unus Gudianus Merkel.* — 97 mutatur] fuscatur *γ.* — **4,** 14 quod] *βγς*, quem ς *vulgo.* — 27 mentis] *fragm. Lovaniense codd. Fabricii,* gentis *cet. (cf. Trist. IV 2, 23 sq.).* — 43 sq. *uncinis inclusit Korn.* — 45 adsidue] assiduas *Argent. et dett. pauci Merkel.* — 65 hoc] haec *Paris. 7993 et Lips. Merkel Riese.* — 71 favore] fauori *Lips. Gud. (m 2) Vatic. Merkel.* — 77 curae ... nostrae] *βγς*, nostrae curae ς *Merkel.* — 84 Aeneïdos] *suspectum; cf. L. Mueller d. r. m. 247*; Iliadis (Iliados) *H. Oberlin.* — 89 votorum] motorum *Heinsius Merkel Riese; sed* votorum *coniungendum cum* inrita. — 96 iam nullas dant *Argent. et dett. duo Merkel.* — 104 vinctos] uictos ς *Merkel.* — 106 vero] 'verae *puto*' *Riese.* — 109 poscant] *dett. aliquot,* poscunt *cet. vulgo* ('*an* poscant' *Riese*). — **5** *inscr.* Cottae *add. Riese.* — 13 nihil totiens lecta] *Argent.* (*in quo* sua *ante* lecta), sua totiens nihil (nil *β*) *cet.* — 24 in] '*malim* ad' *Riese.* — 27 patria vobisque] uobis patriaque *Argent. Merkel.* — 29 legendo] ς, loquendo *βγς*, '*fort.* recte, *cf. v. 50*' *Riese; sed ineptum est* loquendo *atque ex ipso versu 50 desumptum.* — 41 quaeror, et interdum] *fragm. Lovan.*, quaeror ut interdum *βγς*; quaeror an interdum *Riese,* interdum queritur ς *Merkel.* — **6** *inscr.* Ad amicum celato nomine *β.* — 1 posuit nomen] *βγ*, nomen posuit ς *Merkel.* — quam] *βγ*, cui ς *vulgo.* — 8 si nescis, ex me] ex me si nescis *liber Italus et exc. Politiani Merkel.* — 29 cum tot saevis] saeuis cum tot *dett. pauci Merkel.*

— 34 *fort.* qui me quod patior *scribendum; nam quo modo vv. 33 sq., nisi eiusmodi quid restitueris, cum eis, quae antecedunt, cohaereant, non intellego.* — 38 precor esse velit] uelit esse precor *dett. aliquot Merkel.* — 54 legere] *Lips. et fragm. Lovan. Merkel.* — **7,** 6 cera] *γ exc. Polit.*, certa *β*, charta *cet. Merkel.* — 13 hoc] haec *dett. aliquot Merkel.* — 15 sq. detrectat ... subtrahit] *γ ς*, detrectet ... subtrahat *β ς Korn Riese.* — 21 iuvat] iuvet *Mycillus.* — iuvat] iuvet *Merkel.* — 35 cessasse] cessare *dett. aliquot Merkel.* — **8** *inscr. add.* Cottae *Riese.* — 21 libellos] '*fort.* locellos' *C. Schenkl, quod malim.* — **9,** 10 dixerit] dixerat *dett. aliquot Merkel.* — 13 video] uideam *dett. aliquot Merkel.* — 17 verbum cupiens] cupiens uerbum *dett. aliquot Merkel.* — vv. 21 ... 26 '*plus uno loco corrupti, fortasse interpolati*' *Korn*, 24 sq. *damnavit Bentley.* — 21 labor] *β γ ς*, fauor *ς Merkel.* — laborem] dolore *dett. pauci,* dolorem *Riese.* — 23 sq. *interpunxit C. Schenkl.* — magis] *ς*, minus *β*¹ (maius *β*²) *γ Bentley.* — 25 sic] sicque *Riese,* haec *Merkel.* — 26 ut] *β*², et *β*¹*γ*; utque avidi *Merkel.* — cursor] *liber Moreti, in β ras. septem fere litterarum,* in cursu (cursus *m*²) *γ*, si quis *liber Italus*, cum quis *Riese,* cursus *Merkel Korn.* — 31 qui] *dett. pauci Bentley*, quin *β γ*, quod *cett. vulgo.* — 32 corrigere] colligere *liber Junii Bentley;* '*recte?*' *Riese.* — 33 in] *Vatic.*, e *cet. Korn.* — 38 loco] solo *dett duo Merkel.* — 44 eras] *β ς*, erat *γ ς Merkel Korn.* — 47 quam quis] quamvis *Riese,* cum (*i. e.* quom) quis *Bentley.*

LIBER QUARTUS.

1, 7 quin esset] esset quin *liber Italus Merkel.* — 9 o] di *β.* — 11 cum vellem] *β ς*, uellem cum *γ ς Merkel.* — 16 a] hanc *Medic. pr. aliique dett. Merkel.* — 21 en ... referetur] *C. Schenkl,* et ... referatur *codd.; vv. 21 sq. proscripsit Merkel Kornio consentiente.* — 26 feretque] *Heinsius,* refertque *libri.* — 27 rogas] roges *Basil. et Vat. Merkel.* — 35 sum] pars *exc. Polit. Vatic. Merkel.* — **2,** 9 Falerna] Falerno *ς Merkel Korn.* — 13 ad hunc carmen] carmen ad hunc *fragm. Lov. Merkel.* — 17 inundans *Madvig Adv. II 104.* — 33 gestus] gressus *ς Merkel.* — 42 tacitum] '*fort.* tractum' *Riese, male;*

tacitum *idem est quod* tacito ingressu. — **3** *inscr.* Ad ingratum β; *significatur idem, quem Ibidis nomine perstrinxit Ovidius (cf. G. Graeber Quaest. Ovid. pars pr. p. X).* — 10 quisque] quique *dett. aliquot Heinsius.* — 14 et] qui *edd. vett. Merkel.* — 1[illegible] ille] idem *dett. aliquot Merkel.* — 23 quae te consimilem res nunc uetat *dett. aliquot Merkel.* — 27 subito] $\beta\gamma$, sed et β^2 *vulgo.* — 29 recedit] recedat *Paris. 7993 et liber Moreti Merkel Korn.* — 33 est] et *liber Italus et cod. Junii Korn.* — quavis] et quauis *liber Italus Merkel Korn.* — *vv. 43 sq. proscripsit Merkel.* — 44 *versus in* $\beta^1\gamma$ *omissi loco in dett. legitur aut* indigus effectus (est factus) omnibus ille (ipse) magis (*hic v. in mg. libri* β m^2, *in quo* est effectus *et* ipse) *aut* achilias pharius abstulit ense caput. — 47 iacuit] latuit *dett. aliquot Merkel, fort. recte.* — 50 feret] $\beta\gamma$, habet ς *vulgo.* — **4,** 11 fulva solus spatiarer] $\beta\gamma$, fulva tristis spatiarer *cet. Merkel,* solus spatiarer tristis *Korn,* sola spatiarer tristis *Riese.* — 13 erat corpus] corpus erat *liber Italus Merkel.* — 27 paene atria] penetralia *Basil. et Gud.* (*m* ²) *Merkel.* — 34 erunt] $\beta\gamma$ *Lips.*, erit *cet. Merkel.* — 45 quod licet] qua libet *liber Junii et Vat.*, quamlibet *Heinsius Merkel.* — **5,** 5 Haemum] hemo *Gud.*, aemon *Vat.*, Haemon *Merkel Korn.* — 15 nullo] ullo *Basil. et liber Junii Merkel.* — 21 ubi] ut *Paris. 7993 et Lips. Merkel.* — 25 ab] et β; *num* at? — 40 mancipii . . . tui] $\beta^1\gamma$ *exc. Scal.*, mancipium . . . tuum β^2 *cet. Merkel.* — **6,** 9 laus] lux *Basil., ex duobus codd. Burmann Merkel.* — 12 fueram] ς, fuero $\beta\gamma$ *Korn.* — 31 videntur] $\beta\gamma$ς, videtur ς *Merkel.* — 34 singula] '*vix sanum*' *Riese;* '*possis suspicari* spicula (*cf. I 2, 15; III 3, 106; IV 10, 31*) *scriptum fuisse; sed singula verba cum singulis sagittis emissis comparantur*' *C. Schenkl.* — 44 levatis] leuastis *Lips. et Vat. Merkel.* — 45 nimium nobis] nobis nimium *edd. vett. Merkel.* — **7,** 6 Alpinis] Arpinis *Ph. Th. Verpoortenn.* — 23 manune] *Th. Roeper,* manuue *codd. Merkel.* — 29 Donni] domu β (*s. v.* ł donni), dauni *liber Italus* (*quod convenit coniecturae* Arpinis), donni, doni *cet.*, domni *exc. Politiani, Merkel.* — **8,** 11 est] *om. Erfurtanus Riese.* — 16 caeca *corruptum;* '*fort.* saeva' *Riese; an* iniqua (inica)? — 19 nostri] nostros

dett. duo Merkel. — 33 facient vobis] uobis faciant *cod. Moreti aliique dett. Merkel.* — 44 aptior] gratior *liber Italus aliique dett. Merkel.* — 59 Gigantes] Gigantas *Heinsius Merkel Korn.* — 77 desunt nec] nec desunt *dett. aliquot Merkel.* — 85 ullo] *Basil. et liber Moreti*, illo *cet. Merkel Korn, cf. IV 15, 39.* — 86 distat] *βγς, 'recte?' Riese*, distet *ς vulgo.* — **9**, 8 iusso] *libri*, iusto *Merkel.* — 18 iuberer] uiderer *Vat. Riese*, tuerer *Merkel.* — 22 tum] *βγς*, tunc *ς Merkel.* — 35 hinc] *C. Schenkl*, hic *codd. Korn*, sic *Merkel Riese.* — 40 iuvet] *β²γς*, foret *β¹*, fovet *Rappold p. 816.* — 44 decretis . . . tuis] secretis . . . locis *ς Merkel.* — 46 credet] cernet *dett. aliquot Merkel Riese.* — 52 principis] numinis *liber Moreti et Vat. Merkel.* — 57 est] *βγς*, *om.* est *Merkel Korn.* — 71 quod *β* (*in quo* ab) *γς*, ut *ς vulgo.* — 73 laxate] *ed. princ.*, iactate *codd. Korn.* — 79 Trocsmin] *Korn* (*cf. Bull. dell' inst. di corr. arch. 1864 N. 9 p. 193 et 260*), trocsmen *β*, tesm̄ *γ*, Trosmin *Merkel.* — 89 non] nec *dett. pauci Merkel.* — 91 animi] animo *Vat. pr. Merkel Korn.* — 93 longe] *corruptum; fort.* ex longo; *interpolatum habent ad lacunam explendam Merkel, qui* pridem *scripsit, et Korn* sic ego sum, sic hic sanctis ubi b. h. *restituendum esse suspicatus.* — 103 sit] *fragm. Guelferbytanum saec. VI vel VII*, est *cet.* — 119 laevus] *ς*, laetus *β γ.* — 126 illum] *γς*, illi *β¹ ς Korn.* — 127 haec] *βς*, hoc *γς vulgo.* — **10**, 1 Haec] Hic *dett. aliquot Merkel.* — 6 et teritur] atteritur *Heinsius Merkel.* — 14 aequoreaeque] Aeacaeque *Merkel* (*cf. A. A. II 124 sq.*). — — 17 audire] audisse *Basil. aliique dett. Merkel.* — 21 Laestrygonos] *β*, laestrigones *γ*, laestrigonis *cet. vulgo.* — 23 Cyclops saevum] saevum Cyclops *ed. Heinsiana Merkel.* — Piacchen] *β*, piaechen *γ*, phyacen *ς Merkel Korn.* — 42 loco] polo *G. Meyncke.* — 43 tepidum] *βγς*, tepidus *ς Merkel.* — 49 Cynapses] cinapses *β*, cinipses *γ*, Cynapes *edd. vett. Merkel.* — 53 Dyrapses] *βγ*, Lycastus *auct. elect. Eton. Merkel Riese.* — 67 curas tempusque] tempus curasque *exc. Politiani et dett. pauci Merkel; 'nescio an recte' Riese.* — 71 Thesea carmine] carmine Thesea *Paris. 7993 Merkel.* — **11**, 11 solari prudentem] prudentem solari *Basil. et Vat. Merkel.* —

17 est solacia dicere certi] solacia dicere certi est *Gud. Merkel.* — 20 movet] fovet *Heinsius Merkel.* — **12**, 7 scindere] findere *Vat. Merkel.* — 13 producatur] ς, ut ducatur (dicatur $\beta^1\gamma\varsigma$) $\beta\gamma\varsigma$ *Riese.* — 28 Pieriae] $\beta\gamma\varsigma$, Pierides ς *vulgo.* — deae] tuae *liber Moreti (fort. ex Trist. III 7, 4) Merkel.* — 37 lasso] $\beta\gamma\varsigma$, lapso ς *Merkel Korn.* — 41 tuendo *in fragm. Guelf. legitur; error enim subest picturae apud Kornium p. VIII* colendo *exhibenti, quod recepit Riese.* — 46 mihi nota mea] mea nota mihi *dett. aliquot Merkel.* — **13**, 5 quod non] quod nec ς *vulgo.* — est] *om.* ς *vulgo.* — 7 titulum chartae] chartae titulum *liber Moreti Merkel.* — 12 ipse] esse ς *vulgo.* — 27 coactus] *exc. Scalig. Merkel.* — 47 deorum] duorum *Paris. 8239 et liber Moreti Merkel.* — **14**, 4 me] te *dett. pauci Merkel.* — 7 mittar] muter *dett. pauci Merkel.* — 20 telaque] *corruptum; 'an* velaque?' *Riese; 'fort.* illaque' *C. Schenkl.* — 31 Ascre] $\beta\gamma$, ascra ς *Merkel Korn.* — 33 et] at *Paris. 8239 Merkel.* — genitus terra] terra genitus *edd. vett. Merkel.* — 36 nota] *exc. Scalig. aliique dett.*, docta $\beta\gamma$ *liber Italus*, dicta *cet.* — **15**, 1 exstet] *scripsi*, exstat *codd. vulgo.* — 2 requirat] requirit *dett. duo vulgo.* — 13 parvam rem] $\beta\gamma\varsigma$, rem paruam ς *Merkel.* — 21 et] ut *edd. vett.* — 39 ullo] $\beta\gamma\varsigma$ *Riese*, illo ς *Merkel Korn.* — 42 magis] *Gud. et v. l. in Basil. et libro Moreti*, minus *cet. vulgo, quod corruptum esse dixit Riese.* — **16**, 5 eumque foret] $\beta\gamma\varsigma$, eum foret et ς *Merkel Korn.* — 8 iam non] non iam *liber Junii Merkel.* — 15 Troezena] *quidam apud Mycillum*, tsomem β, tsom̄ γ, troezinen *liber Moreti*, trezenem *dett. alii*, Troezen *Merkel*, Chrysen *Th. Roeper Riese.* — 19 domito] domitam *dett. pauci Merkel.* — Hectore] hercule *exc. Polit. dett. pauci Merkel.* — 21 vates] nomen *Merkel ad Ib. p. 377.* — 24 scripti Marius] scriptor marius β, marius scriptor γ, marius scripti ς *Merkel.* — 27 Phaeacida] ς, ecaleida β, aeacida γ; *cf. IV 12, 27.* — 30 levis] levi *Heinsius Merkel Korn.* — 31 Varius] $\beta^2\gamma\varsigma$, uarus $\beta^1\varsigma$ *Merkel Riese.* — 33 Tityron] Tityrus ς *Merkel.* — Passerque] et erat ς *Merkel.* — 34 Graeius β, Gratius γ. — 39 cura] *Vat.*, caussa (causa) *cet.* — 44 Maxime] maxima ς *Merkel Korn.* — 50 mali] malis *liber Junii Merkel.*

HALIEUTICON LIBER.

A = Vindobonensis 277 saec. IX. **B** = Parisinus 8071 saec. IX–X. **vulgo** = editiones Merkelii, Riesii, Th. Birtii (De Halieuticis Ovidio poetae falso adscriptis Berolini 1879).

8 praesidiumque] perniciemque *Birt.* — 10 n *litteram primam vocis* nassae *esse intellexit J. Ulitius (cf. Plin. N. H. XXXII 11 'inclusum nassis'). Birt lacunam sic explevit* nassa captus de spe, piscator et ipse. — 11 adsumptaque] *codd. Riese,* adsumptamque *edd. vett. Merkel,* adsutamque *Ulitius Birt.* — esca] *Riese,* escae *A,* escam *B Merkel Birt.* — 13 sed] *Achilles Statius et C. Gesner,* sub *codd.* — 15 aliquis] alius *Birt, recte ut videtur, cf. Plin. l. c. 'si forte alius scarus extrinsecus videat'.* — dum praenatat extra] dampro nataret *A,* dam pronata reto *B,* dum praenatat arto *Heinsius Merkel Riese,* dum pronatat extra *Pithoeus,* qui damna notarit *Birt.* — 17 ita] *B,* lita *A,* ita tandem *Heinsius,* citato *Riese,* lacessit *Birt.* — 18 vindex] *C. Schenkl,* uber *codd.,* liber *Heinsius Merkel,* verbere *Riese,* donec *Birt.* — cive] *Heinsius,* q; *A,* quem *B.* — resultat] *Ulitius,* resultet *libri Birt.* — 20 illa] hilla *Birt, 'fortasse* inde' *C. Schenkl.* — 21 illa cruorem] *Ulitius,* illa c *A,* illaç *B,* ilicet *Ulitius et adiecto cum Hauptio* umorem *Merkel Riese.* — 25 *versum explevit Ulitius his additis* atque ubi iam transire plagas persentit, *Birt haec proposuit* in foveaque iacens, ubi rete levatur. — 26 saltu] astu *Birt.* — 28 conixa] *Riese et C. Schenkl (cf. Phil. XXII 540),* connextat *A,* connexat *B.* — 32 retia] proelia *Birt.* — 33 et sub] pressus *Birt, 'fortasse* quod sub' *C. Schenkl;* ut ... sumat mutetque *Hemsterhuys ad Luc. dial. mar. 4, 3.* — 39 ira] aere *Birt.* — 44 auxiliique] *Haupt,* auxilioque *codd.* — 45 *versum excidisse recte intellexit Birt (cf. Plin. l. c. 13), qui lacunam his explevit* amplius os hamo vorat eroditque ita linum. — 52 sequi] *corruptum,* quati *Merkel; 'fortasse* fugae, *quamquam infinitivus requiri videtur' C. Schenkl;* saepta sequi *Birt.* — 55 *'locus plane*

desperatus; fortasse talia fere scripsit Ovidius cumque (quomque) sibi fidens magis et sublatior ardens' *C. Schenkl.* — 57 proruit] *C. Gesner*, prodedit *codd.*, procidit *Burmann vulgo.* — 61 et ruit] *Ulitius,* seruit *codd.*, sed ruit *Birt.* — 66 hic] '*an* hinc?' *Riese.* — 67 cupiunt] *Birt*, capiunt *codd. Merkel Riese.* — 73 conspissatque] *C. Schenkl*, compescatque *codd.*, compescitque *Riese*, concrispatque *Birt,* conquassatque *Haupt.* — 75 quin] *Birt,* qui *codd.*, quae *edd. vett. Merkel Riese.* — 82 *ante hunc versum excidisse quaedam intellexit Birt, qui haec supplevit* pisces observes quid ament ac dona locorum; *sed plura interciderunt, nisi fortasse statuendum totum hunc locum a poeta imperfectum relictum esse.* — *v. 88 sq. ante 86 transposuit et post 87 maiorem lacunam statuit Birt; sed frustula tantum hoc loco ab Ovidio relicta esse puto, quae lacunis expletis quomodo consociare ille voluerit, iam non potest erui.* — 89 quidam] quaedam *Birt; recte ut videtur.* — *post v. 90 excidisse quaedam intellexit Aesander aut Logus; lacunam his explevit Ulitius* gurgite, limosa num quis pascatur harena, *his Birt* gurgite et ut conchae piscis pascatur inertes. — 91 oblectetque] obiectetque *Heinsius Merkel Riese.* — molli serviat algae] mollis vestiat alga *Merkel Riese.* — 95 milvi] iuli *Lachmann (comm. Lucret. p. 379) Merkel Riese.* — 99 echenaïs] echeneïs *edd. vett. Merkel Riese.* — 105 et alis] iulis *Birt collato Plin. XXXII* '*iulum*'. — 108 channe] *edd. vett.*, channem *codd.* — sine facta] *C. Schenkl,* sibi fundata *codd.*, fraudata *edd. vett. Merkel Riese*, sibi iuncta parenti *Birt,* gemini vice functa parentis *Haupt.* — *vv. 110 sq. post 117 transposuit Birt.* — 115 infamisque] *Haupt. Op. I 209,* imitisq; *codd.*, inmitisque *Birt,* intutusque *Riese.* — 116 captus] *Ciacconus,* capitis *codd. Merkel Riese.* — diro] *Birt,* duro *codd. Merkel Riese.* — 123 squatus et tenui] *Ulitius,* squatenui *A B* (*cf. Plin. XXXII 150 et Suetoni rell. p. 259 R.*), squatina et tenui *Birt.* — 127 pasenc *quid sibi velit haud facile explices; in* aspectu *id mutavit Birt et haec addidit* taeter quibus oris hiatus. — *post v. 127 duorum versuum intervallum habent AB.* — *post v. 131 unius versus intervallum in A.*

FASTORUM SUMMARIA.

I. IANUARIUS.

1 . . . 26: Prooemium. — 27 . . . 44: de anno Romuleo, qui ex decem constabat mensibus. — 45 . . . 62: de diebus fastis nefastisque. — **63** . . . **294**: Kal. Ianuariae: 63 . . . 70: invocatio Iani, 71 . . . 88: celebratio publica Kalendarum Ianuariarum, 89 . . . 295: de Iano biformi. — **295** . . . **314**: a. d. III. Non Ian.: occasus matutinus Cancri. — **315** et **316**: Non. Ian.: ortus matutinus Lyrae. — **317** . . . **458**: a. d. V. Id. Ian.: Agonalia (inserta est disputatio de diversis hostiarum generibus et fabula de Priapo, Lotidis amatore); ortus matutinus Delphini. — **459** et **460** a. d. IV. Id. Ian.: hiemis medium. — **461** . . . **586**: a. d. III. Id. Ian. Carmentalia, 543 . . . 584: fabula de Hercule et Caco. — **587** . . . **616**: Id. Ian.: sacra Idalia; Octavianus Augustus appellatus a. u. c. 727 (a. Ch. n. 27). — **617** . . . **636**: a. d. XVIII. Kal. Febr.: altera Carmentalia. — **637** . . . **650**: a. d. XVII. Kal. Febr.: aedes Concordiae sacrata a Tiberio restituta a. u. c. 742 (a. Ch. n. 12). — **651** et **652**: a. d. XVI. Kal. Febr.: sol ex signo Capricorni in Aquarii signum transit. — **653** et **654**: a. d. X. Kal. Febr.: occasus Lyrae. — **655** et **656**: a. d. IX. Kal. Febr.: occasus Cordis leonis. — **657** . . . **704**: Feriae sementinae. — **705** . . . **708**: a. d. VI. Kal. Febr.: Castoris et Pollucis aedes sacrata a Tiberio refecta a. u. c. 759 (p. Ch. n. 6). — **709** . . . **724**: a. d. III. Kal. Febr.: ara Pacis sacrata a. u. c. 745 (a. Ch. n. 9).

II. FEBRUARIUS.

1 . . . 18: Prooemium. — 19 . . . 54: de vocis Februarii origine. — **55** . . . **72**: Kal. Februariae: Iunoni Sospitae templa sacrata; sacra in luco Helerni et in Regia Capitolioque. —

73 . . . **78**: a. d. IV. Non. Febr.: occasus Lyrae et Cordis leonis. — **79** . . . **118**: a. d. III. Non. Febr.: occasus vespertinus Delphini (inserta est fabula de Arione). — **119** . . . **148**: Non. Febr.: Augustus pater patriae appellatus a. u. c. 752 a. Ch. n. 2). — **149** . . . **152**: a. d. IV. Id. Febr.: veris ortus. — **153**...**192**: pridie Id. Febr.: ortus vespertinus Custodis Ursae vel Arctophylacis; fabula Callistonis 154 sqq. — **193**...**242**: Id. Febr.: 193 et 194: sacra in honorem Fauni in templo eius in insula sito, 195 . . . 242: interitus Fabiae gentis ad Cremeram fluvium a. u. c. 277 (a. Ch. n. 477), cf. Livium II 48 . . . 50. — **243** . . . **266**: a. d. XVI. Kal. Mart.: Crateris, Anguis Corvique ortus vespertinus (fabula de Corvo). — **267** . . . **474**: a. d. XV. Kal. Mart.: Lupercalia (fabulae de Fauno, de Romulo et Remo). — 269 . . . 282: de origine sacrorum in Arcadia. — 283 . . . 380: cur Luperci nudi pèr urbem currant, 381 . . . 424: unde nomina traxerint Lupercal et Lupercalia. — 425 . . . 452: de origine consuetudinis Lupercorum feminas obvias loris ferientium. — 453 . . . 456: a. d. XIV. Kal. Mart.: de ventorum per sex inde ab hoc dies inconstantia. — **457** . . . **474**: sol ex Aquarii signo in piscium signum transit (fabula de piscibus in caelum translatis). — **475** . . . **532**: a. d. XIII. Kal. Mart., 475 . . . 512: Quirinalia (fabula de Romulo in caelum evecto), 513 . . . 532: Stultorum feriae (Fornacalia). — **533** . . . **616**: a. d. IX. Kal. Mart., 533 . . . 570: Feralia. 571 . . . 616: fabula de Tacita vel Muta. — **617** . . . **638**: a. d. VIII. Kal. Mart.: Caristia. — **639** . . . **684**: a. d. VII. Kal. Mart.: Terminalia. — **685** . . . **856**: a. d. VI. Kal. Mart.: Regifugium, 687 . . . 710: Gabii capti, 711 . . . 720: Tarquinii iuvenes a Bruto dolo circumventi, 721 . . . 852: Tarquinii Superbi exactio propter vim Lucretiae a S. Tarquinio allatae (cf. Liv. I 57 . . . 59), 853 . . . 856: adventus hirundinis. — **857** . . . **862**: a. d. III. Kal. Mart.: Equirria.

III. MARTIUS.

1 . . . 166: De origine vocis Martii. 1 . . . 8: invocatio Martis, 9 . . . 70: fabula de Romulo et Remo ac Roma condita, 71 . . . 166: de Martio mense a Romulo in patris sui honorem vocato et de anni ordine ab illo constituto. — **167** . . . **398**: Kal. Martiae, 167 . . . 258: Matronalia, 259 . . . 392: Saliorum pompa, 393 . . . 398: tempestatem illam usque ad diem, quo

ancilia rursus in Regia condebantur, matrimoniis ineundis aptam non esse et Flaminicam diebus illis comas impexas habere. — **399** . . . **402**: a. d. IV. Non. Mart.: occasus matutinus alterius Piscium. — **403** et **414**: a. d. III. Non. Mart.: occasus matutinus Arctophylacis, ortus matutinus Vindemitoris (fabula de Ampelo in Virginis signum translato). — **415** . . . **428**: pridie Non. Mart.: dies festus Vestae; Augustus pontifex maximus creatus a. u. c. 742 (a. Ch. n. 12). — **429** . . . **459**: Non. Mart., 429 . . . 448: aedes Vediovis inter duos lucos sacrata, 449 . . . 458: ortus Pegasi (fabula de Pegaso). — **459** . . . **516**: a. d. VIII. Id. Mart.: Coronae ortus (fabula de Corona inter astra recepta). — **517** . . . **522**: prid. Id. Mart.: Equirria repetita. — **523** . . . **710**: Id. Mart.: dies festus Annae Perennae. — **711** et **712**: a. d. XVII. Id. Mart.: ortus matutinus Scorpionis. — **713** . . . **808**: a. d. XVI. Id. Mart., 713 . . . 790: Liberalia, 791 et 792: circumitio per Argeorum sacraria; 793 . . . 808: ortus Milui (fabula de Miluo). — **809** . . . **876**: a. d. XIV. Kal. April. . . . . . a. d. X. Kal. April.: 809 . . . 848: Quinquatrus 849 . . . 850: Tubilustrium, 851 . . . 876: sol ex Piscium signo in Arietis signum ingreditur (fabula de ariete in caelum elato). — **877** et **878**: a. d. VII. Kal. April.: aequinoctium vernum. — **879** . . . **882**: a. d. III. Kal. April.: sacra Iano, Concordiae, Saluti publicae, Paci facienda. — **883** . . . **884**: pridie Kal. April.: dies festus Lunae.

IV. APRILIS.

1 . . . 132: Prooemium, 1 . . . 18: invocatio Veneris, cui ut deae veris et amoris hic mensis sacer erat, 19 . . . 60: Ovidius Augusto exponit gentis Iuliae originem ex Venere et Anchise, 61 . . . 132: de vocis Aprilis origine; laudes Veneris. — **133** . . . **162**: Kal. Apriles: dies festus Veneris Verticordiae et Fortunae Virilis. — **163** et **164**: occasus Scorpionis. — **165** . . . **178**: a. d. IV. Non. April.: Pleiadum occasus. — **179** . . . **372**: pridie Non. April.: Megalensia, 221 . . . 246: fabula de Attide, formoso illo puero Phrygio, 247 . . . 349: Magnae matris signum Pessinunte Romam translatum. — **373** . . . **376**: Non. April.: aedes Fortunae publicae in Quirinali condita. — **377** . . . **386**: a. d. VIII. Id. April.: pugna ad Thapsum facta a. u. c. 708 (a. Chr. n. 46). — **387** et **388**: a. d. V. Id. April.: dies ultimus Megalensium. — **389** . . . **392**: a. d. IV. Kal. April.:

pompa, ludi in circo maximo. — **393** . . . **620**: pridie Id. April.: ludi Ceriales, 417 . . . 620: fabula de raptu Proserpinae. — **621** . . . **624**: Id. April.: templum Iovi Victori sacratum (votum a Q. Fabio Maximo a. u. c. 459, a. Ch. n. 295). — **625** . . . **628**: a. d. XVIII. Kal. Mai.: tempestas ventosa et imbres; proelium ad Forum Gallorum factum a. u. c. 711 (a. Ch. n. 43). — **629** . . . **676**: a. d. XVII. Kal. Mai., 629 . . . 672: Fordicalia (Fordicidia), 673 . . . 676: Octavianus imperator appellatus a. u. c. 725 (a. Ch. n. 29). – **677** et **678**: a. d. XV. Kal. Mai.: occasus Hyadum. — **679** . . . **712**: a. d. XIII. Kal. Mai.: dies ultimus Cerialium; equorum certamen et vulpes exagitatae in circo. — **713** . . . **720**: a. d. XII. Kal. Mai.: sol ex Arietis signo in signum Tauri transit. — **721** . . . **862**: a. d. XI. Kal. Mai., 721 . . . 806: Palilia. 807 . . . 862: fabula de Roma condita. — **863** . . . **900**: a. d. IX. Kal. Mai.: Vinalia (priora vel urbana). — **901** . . . **942**: a. d. VII. Kal. Mai., 901 . . . 904: veris medium. Arietis occasus vespertinus, ortus Sirii, 905 . . 942: Robigalia. — **943** . . . **954**: a. d. IV. Kal. Mai.: dies primus Floralium, 949 . . . 954: Vestae sacellum in aedibus Augusti sacratum a. u. c. 742 (a. Ch. n. 12).

V. MAIUS.

1 . . . 110: De mensis Mai nominis origine. — **111** . . . **158**: Kal. Maiae, 111 . . . 128: Capellae ortus (fabula de Capella inter astra relata), 129 . . . 146: Larum praestitum ara dedicata, 147 . . . 158: aedes Bonae Deae dedicata. — **159** . . . **378**: a. d. VI. Non. Mai., 159 . . . 182: Hyadum ortus (fabula de Hyadibus in caelum translatis), 183 . . . 378: Floralium finis. — **379** . . . **414**: a. d. V. Non. Mai.: Centauri ortus vespertinus (fabula de Centauro in caelum translato). — **415** et **416**: a. d. III. Non. Mai.: Lyrae ortus. — **417** et **418**: pridie Non. Mai.: stellae, quae est media Scorpionis, occasus. — **419** . . . **492**: a. d. VII. Id. Mai.: Lemuria. — **493** . . . **544**: a. d. V. Id. Mai.: Orionis occasus (fabula de Orione inter astra recepto). — **545** . . . **598**: a. d. IV. Id. Mai.: aedes Martis Ultoris dedicata a. u. c. 752 (a. Ch. n. 2). — **599** . . . **602**: a. d. III. Id. Mai.: Pleiadum ortus matutinus. — **603** . . . **662**: pridie Id. Mai., 603 . . . 620: ortus Hyadum, 621 . . . 662: sacra Argeorum. — **663** . . . **692**: Id. Mai.: aedes Mercurii sacrata a. u. c. 259 (a. Ch. n. 495). — **693** . . . **720**: a. d. XIII.

Kal. Iun.: sol in signum Geminorum ingreditur (fabula de Geminis inter astra relatis). — **721** et **722**: a. d. XII. Kal. Iun.: Agonia. — **723** et **724** a. d. XI. Kal. Iun.: ortus Canis (vel Sirii). — **725** et **726**: a. d. X. Kal. Iun.: Tubilustrium alterum. — **727** et **728**: a. d. IX. Kal. Iun.: Q. R. C. F. (Quando rex comitiavit, fas). — **729** . . . **732**: a. d. VIII. Kal. Iun.: aedes altera Fortunae publicae populi Romani primigeniae in Quirinali sacrata a. u. c. 560 (a. Ch. n. 194), Aquilae ortus vespertinus, qui videtur. — **733**: a. d. VII. Kal. Iun.: Bootis occasus matutinus. — **734**: a. d. VI. Kal. Iun.: Hyadum ortus.

VI. IUNIUS.

1 . . . 100: De mensis Iunii nominis origine. — **101** . . . **196**: Kal. Iun., 101 . . . 182: dies festus Carnae, 183 . . . 190: aedes Iunonis Monetae sacrata a. u. c. 410 (a. Ch. n. 344), 191 et 192: aedes Martis in via Appia sacrata, 193 et 194: aedes Tempestatis sacrata (vota a. u. c. 495, a. Ch. n. 259), 195 et 196: Aquilae verus ortus vespertinus. — **197** et **198**: a. d. IV. Non. Iun.: Hyadum ortus matutinus. — **199**...**208**: a. d. III. Non. Iun.: aedes Bellonae dedicata (vota a. u. c. 458, a. Ch. n. 296). — **209** . . . **212**: pridie Non. Iun.: aedes Herculis Magni Custodis sacrata a Sulla dictatore. — **213**...**218**: Non. Iun.: aedes Semonis Sanci dedicata a. u. c. 288 (a. Ch. n. 466). — 219...234: de mensis Iunii parte priore nuptiis non apta. — **235** . . . **240**: a. d. VII. Id. Iun.: Bootis ortus matutinus; Ludi piscatorii. — **241** . . . **248**: a. d. VI. Id. Iun.: aedes Mentis sacrata a. u. c. 539 (a. Ch. n. 215). — **249** . . . **468**: a. d. V. Id. Iun., 249 . . . 460: Vestalia, 319 . . . 348: fabula de Sileno Vestae amatore, 349 . . . 394: de ara Iovis Pistoris in Capitolio constituta, 417 . . . 454: de Palladio, 461 . . . 468: victoria a D. Iunio Bruto de Gallaecis reportata a. u. c. 618 (a. Ch. n. 136), M. Licinii Crassi ad Carrhas clades a. u. c. 701 (a. Ch. n. 53). — **469** . . . **472**: a. d. IV. Id. Iun.: Delphini ortus vespertinus. — **473** . . . **648**: a. d. III. Id. Iun., 473 . . . 562: Matralia, 485 . . . 530: fabula de Inone, 563 . . . 568: P. Rutilius Lupus consul in proelio occisus a. u. c. 664 (a. Ch. n. 90), 569 . . . 663: aedes Fortunae in foro boario condita a Servio Tullio (585 . . . 624: de Tulliae in Servium Tullium patrem scelere), 637 . . . 648: aedes Concordiae in porticu Livia, quae erat in colle Esquilino, sacrata a. u. c. 747 (a. Ch. n. 7). — **649** . . . **710**: Id. Iun.: aedes

Iovis Invicti condita, 651 . . . 710: Quinquatrus minores. — **711** . . . **716**: a. d. XVII. Kal. Iul.: Hyadum ortus matutinus, templum Vestae purgandum. — **717** . . . **720**: a. d. XVI. Kal. Iul., Orionis ortus vespertinus. — **721** . . . **724**: a. d. XV. Kal. Iul.: Delphini ortus vespertinus; victoria ab A. Postumio Tuberto de Aequis et Volscis reportata a. u. c. 323 (a. Ch. n. 431). — **725** . . . **727**: a. d. XIII. Kal. Iul.: sol ex Geminorum signo transit in Cancri signum. **728**: dies festus Minervae Aventinae. — **729** . . . **762**: a. d. XII. Kal. Iul.: 729 . . . 732: aedes Summani apud circum maximum condita, 733 . . . 762: Ophiuchi ortus vespertinus, cuius inter astra relatio explicatur. — **763** . . . **768**: a. d. IX. Kal. Iul.: C. Flamini ad lacum Trasimenum clades a. u. c. 537 (a. Ch. n. 217). — **769** . . . **784**: a. d. VIII. Kal. Iul., 769 et 770: proelia ad Cirtam et ad Metaurum flumen a. u. c. 551 et 547 (a. Ch. n. 203 et 207), 771 . . . 784: dies festus, quo memoria duarum Fortis Fortunae aedium a Servio Tullio conditarum celebrabatur, quae in via Portuensi altera ad primum, ad sextum altera miliarium sitae erant. — **785** . . . **790**: a. d. VI. Kal. Iul.: Orionis ortus, solstitium aestivum. — **791** . . . **794**: a. d. V. Kal. Iul.: aedes Larum publicorum in summa via sacra condita ab Augusto refecta; aedes Iovis Statoris a Romulo condita. — **795** et **796**: a. d. III. Kal. Iul.: aedes Quirini in Quirinali condita. — **797** . . . **812**: pridie Kal. Iul.: templum Herculis et Musarum conditum a. M. Fulvio Nobiliore a. u. c. 565 (a. Ch. n. 189) et a M. Philippo restitutum.

TABULA

QUA QUIBUS TEMPORIBUS SINGULI TRISTIUM ET EPISTULARUM EX PONTO LIBRI CONSCRIPTI SINT ILLUSTRATUR.

(Cf. G. Graeberi Quaest. Ovid. p. I. Elberfeldae a. 1881).

Relegatus est Ovidius autumno anni a. u. c. 761 (p. Chr. n. 8). de relegatione certior factus est Ilvae, qua in insula cum Maximo Cotta commorabatur (ep. ex P. II 3, 83).

Tum Romam profectus ad res suas ordinandas cum urbem reliquisset mense Novembri, Brundisio Lechaeum se contulit Isthmoque pedibus superato Cenchreas, unde alteram navem ingressus Asiae oram petiit eamque praetervectus Samothraciam iam hieme ad finem vergente ac deinde Tempyra adiit, quod oppidum prope Abdera situm est. inde itinere terrestri Tomos pervenit vere ineunte a. 762/9 (Trist. I 10).

Liber primus Tristium scriptus est in itinere et, antequam Tomos pervenisset Ovidius, absolutus. quem librum primo carmine adiecto Tomis Romam misit vere a. 762/9.

Liber alter a. 762/9 compositus et Romam missus est aestate huius anni (cf. v. 169 sq.).

Tertius statim post alterum scriptus et vere a. 763/10 Romam missus est (cf. 12, 47 sqq.; 13).

Quartus editus esse videtur initio a. 764/11. autumno anni antecedentis epistulae II. et VI. confectae sunt, hieme a. 763/10 et 764/11 epist. VII.

Quintus editus est a. 764/11 vel 765/12, antequam de triumpho ex Germania, qui actus est a. d. XVII. Kal. Febr. eius anni, nuntius

Tomos perlatus est. epist. III. a. 764/11 ad concelebranda Liberalia (a. d. XVI. Kal. Apr.) scripta, X. et XIII. hieme eiusdem anni vel insequentis compositae.

Epistulae librorum ex Ponto I.—III. maximam partem vere et aestate a. 765/12 scriptae sunt, ante nuntium de triumpho adlatum II 8, post eum II 1; 2; 5; III 3; 4; epist. I 2 hieme a. 765/12 — 766/13 ineunte (cf. v. 25 sq.), I 8 autumno a. 765/12 (cf. v. 27). horum igitur librorum epistulas iam singulas Romam missas exeunte fere a. 766/13 collectas Bruto tradendas curavit Ovidius, qui eas componeret atque in publicum ederet.

Quartus liber num ab Ovidio ipso evulgatus sit, incertum est: suspicari tamen licet eum post Ovidii demum mortem editum esse. cuius libri epist. IV. scripta est sub finem a. 766/13, antequam S. Pompeius consulatum iniit, V. initio anni insequentis ad eundem iam consulem missa. aestate a. 767/14 confecta est epist. X., autumno epist. VI. et XIII., hieme vel huius anni vel insequentis epist. XIII., denique aestate a. 769/16 epist. VIIII.

Ibis non ante a. 762/9 scriptus est, quo anno Ovidius quinquagesimum natalem complevit a. d. XIII. Kal. Apr.: sed certe non ita sunt premenda ea, quae in carminis illius initio leguntur, ut hoc anno id carmen conscriptum esse statuamus necesse sit. ad eundem autem hominem, quem hoc libro insectatus est Ovidius, referenda esse carmina Trist. III 11, IV 9, V 8, ex P. IV 3 quam maximam habet veri speciem. unde suspiceris Ibin, quod carmen maiorem spirat iram atque ardorem, a. fere 764/11 conscriptum esse et, si quidem ab Ovidio ipso editus est, ultimis demum eius vitae annis in lucem prodiisse. ac fortasse perpolivit id carmen Ovidius eodem tempore, quo incohavit Halieuticon librum (Plin. N. H. XXXII 152).

Mortuus est Ovidius Tomis a. 770/17.

FASTORUM

LIBER PRIMUS.

Tempora cum causis Latium digesta per annum
  lapsaque sub terras ortaque signa canam.
excipe pacato, Caesar Germanice, vultu
  hoc opus et timidae dirige navis iter
officioque, levem non aversatus honorem,
  huic tibi devoto numine dexter ades.
sacra recognosces annalibus eruta priscis,
  et quo sit merito quaeque notata dies.
invenies illic et festa domestica vobis:
  saepe tibi pater est, saepe legendus avus.
quaeque ferunt illi pictos signantia fastos,
  tu quoque cum Druso praemia fratre feres.
Caesaris arma canant alii, nos Caesaris aras.
  et quoscumque sacris addidit ille dies.
adnue conanti per laudes ire tuorum,
  deque meo pavidos excute corde metus.
da mihi te placidum: dederis in carmina vires.
  ingenium vultu statque caditque tuo.
pagina iudicium docti subitura movetur
  principis, ut Clario missa legenda deo.
quae sit enim culti facundia sensimus oris,
  civica pro trepidis cum tulit arma reis.
scimus et, ad nostras cum te tulit inpetus artes,
  ingenii currant flumina quanta tui.
si licet et fas est, vates rege vatis habenas,
  auspicio felix totus ut annus eat.

Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
  constituit menses quinque bis esse suo.

flamma petit altum, propior locus aëra cepit,
sederunt medio terra fretumque solo.
tunc ego, qui fueram globus et sine imagine moles,
in faciem redii dignaque membra deo.
nunc quoque, confusae quondam nota parva figurae,
ante quod est in me postque, videtur idem. —
accipe, quaesitae quae causa sit altera formae,
hanc simul ut noris officiumque meum.
quicquid ubique vides, caelum, mare, nubila, terras,
omnia sunt nostra clausa patentque manu.
me penes est unum vasti custodia mundi,
et ius vertendi cardinis omne meum est.
cum libuit Pacem placidis emittere tectis,
libera perpetuas ambulat illa vias:
sanguine letifero totus miscebitur orbis,
ni teneant rigidae condita bella serae.
praesideo foribus caeli cum mitibus Horis:
it, redit officio Iuppiter ipse meo.
inde vocor Ianus. cui cum Ceriale sacerdos
inponit libum farraque mixta sale,
nomina ridebis. modo namque Patulcius idem
et modo sacrifico Clusius ore vocor.
scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
nomine diversas significare vices. —
vis mea narrata est. causam nunc disce figurae:
iam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.
omnis habet geminas, hinc atque hinc, ianua frontes,
e quibus haec populum spectat, at illa larem.
utque sedens primi vester prope limina tecti
ianitor egressus introitusque videt,
sic ego perspicio caelestis ianitor aulae
Eoas partes Hesperiasque simul.
ora vides Hecates in tres vergentia partes,
servet ut in ternas compita secta vias.
et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam,
cernere non moto corpore bina licet.' —
dixerat. et vultu, si plura requirere vellem,
difficilem mihi se non fore fassus erat.
sumpsi animum gratesque deo non territus egi
verbaque sum spectans pauca locutus humum:
'dic, age, frigoribus quare novus incipit annus,

qui melius per ver incipiendus erat?
omnia tunc florent, tunc est nova temporis aetas,
et nova de gravido palmite gemma tumet,
et modo formatis operitur frondibus arbor,
prodit et in summum seminis herba solum,
et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
ludit et in pratis luxuriatque pecus.
tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo
et luteum celsa sub trabe figit opus:
tum patitur cultus ager et renovatur aratro:
haec anni novitas iure vocanda fuit.'
quaesieram multis. non multis ille moratus
contulit in versus sic sua verba duos:
'bruma novi prima est veterisque novissima solis:
principium capiunt Phoebus et annus idem.' —
post haec scitabar, cur non sine litibus esset
prima dies. 'causam percipe!' Ianus ait.
'tempora commisi nascentia rebus agendis,
totus ab auspicio ne foret annus iners.
quisque suas artes ob idem delibat agendo,
nec plus quam solitum testificatur opus.' —
mox ego 'cur, quamvis aliorum numina placem,
Iane, tibi primum tura merumque fero?'
'ut possis aditum per me, qui limina servo,
ad quoscumque voles' inquit 'habere deos.' —
'at cur laeta tuis dicuntur verba Kalendis,
et damus alternas accipimusque preces?'
tum deus incumbens baculo, quem dextra gerebat,
'omina principiis,' inquit 'inesse solent.
ad primam vocem timidas advertitis aures,
et visam primum consulit augur avem.
templa patent auresque deum, nec lingua caducas
concipit ulla preces, dictaque pondus habent.' —
desierat Ianus. nec longa silentia feci,
sed tetigi verbis ultima verba meis:
'quid vult palma sibi rugosaque carica' dixi
'et data sub niveo candida mella cado?'
'omen' ait 'causa est, ut res sapor ille sequatur,
et peragat coeptum dulcis ut annus iter.'
'dulcia cur dentur, video. stipis adice causam,
pars mihi de festo ne labet ulla tuo.'

risit et 'o quam te fallunt tua saecula,' dixit
'qui stipe mel sumpta dulcius esse putas!
vix ego Saturno quemquam regnante videbam,
cuius non animo dulcia lucra forent.
tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi:
vix ultra, quo iam progrediatur, habet.
pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis,
dum populus pauper, dum nova Roma fuit,
dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,
et dabat exiguum fluminis ulva torum.
Iuppiter angusta vix totus stabat in aede,
inque Iovis dextra fictile fulmen erat.
frondibus ornabant quae nunc Capitolia gemmis,
pascebatque suas ipse senator oves.
[nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem
et faenum capiti supposuisse, fuit.]
iura dabat populis posito modo praetor aratro,
et levis argenti lammina crimen erat.
at postquam Fortuna loci caput extulit huius,
et tetigit summo vertice Roma deos,
creverunt et opes et opum furiosa cupido,
et, cum possideant plurima, plura petunt.
quaerere, ut absumant, absumpta requirere certant,
atque ipsae vitiis sunt alimenta vices.
sic quibus intumuit suffusa venter ab unda,
quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.
in pretio pretium nunc est. dat census honores,
census amicitias, pauper ubique iacet.
tu tamen auspicium si sit stipis utile, quaeris,
curque iuvent vestras aera vetusta manus?
aera dabant olim: melius nunc omen in auro est,
victaque concessit prisca moneta novae.
nos quoque templa iuvant, quamvis antiqua probemus,
aurea: maiestas convenit ista deo.
laudamus veteres, sed nostris utimur annis:
mos tamen est aeque dignus uterque coli.'
finierat. monitus placidis ita rursus, ut ante,
clavigerum verbis adloquor ipse deum:
'multa quidem didici. sed cur navalis in aere
altera signata est, altera forma biceps?'
'noscere me duplici posses ut imagine,' dixit

'ni vetus ipsa dies extenuasset opus.
causa ratis superest: Tuscum rate venit in amnem
ante pererrato falcifer orbe deus.
hac ego Saturnum memini tellure receptum:
caelitibus regnis a Iove pulsus erat.
inde diu genti mansit Saturnia nomen:
dicta quoque est Latium terra, latente deo.
at bona posteritas puppem formavit in aere,
hospitis adventum testificata dei.
ipse solum colui, cuius placidissima laevum
radit harenosi Thybridis unda latus.
hic, ubi nunc Roma est, incaedua silva virebat,
tantaque res paucis pascua bubus erat.
arx mea collis erat, quem cultrix nomine nostro
nuncupat haec aetas Ianiculumque vocat.
tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum
esset et humanis numina mixta locis.
nondum Iustitiam facinus mortale fugarat,
— ultima de superis illa reliquit humum —
proque metu populum sine vi pudor ipse regebat:
nullus erat iustis reddere iura labor.
nil mihi cum bello: pacem postesque tuebar,'
et clavem ostendens 'haec' ait 'arma gero.' —
presserat ora deus. tunc sic ego nostra resolvi.
voce mea voces eliciente dei:
'cum tot sint iani, cur stas sacratus in uno,
hic ubi iuncta foris templa duobus habes?'
ille manu mulcens propexam ad pectora barbam
protinus Oebalii rettulit arma Tati,
utque levis custos, armillis capta, Sabinos
ad summae tacitos duxerit arcis iter.
'inde, velut nunc est, per quem descenditis', inquit
'arduus in valles et fora clivus erat.
et iam contigerant portam, Saturnia cuius
dempserat oppositas invidiosa seras:
cum tanto veritus committere numine pugnam
ipse meae movi callidus artis opus,
oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi
sumque repentinas eiaculatus aquas.
ante tamen madidis subieci sulpura venis,
clauderet ut Tatio fervidus umor iter.

cuius ut utilitas pulsis percepta Sabinis,
quae fuerat, tuto reddita forma loco est.
ara mihi posita est parvo coniuncta sacello:
haec adolet flammis cum strue farra suis.' —
'at cur pace lates motisque recluderis armis?'
nec mora, quaesiti reddita causa mihi est:
'ut populo reditus pateant ad bella profecto,
tota patet dempta ianua nostra sera.
pace fores obdo, ne qua discedere possit:
Caesareoque diu numine clusus ero.'
dixit, et attollens oculos diversa videntes
adspexit, toto quicquid in orbe fuit.
pax erat. et, vestri, Germanice, causa triumphi,
tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.
Iane, fac aeternos pacem pacisque ministros,
neve suum, praesta, deserat auctor opus. —
quod tamen ex ipsis licuit mihi discere fastis,
sacravere patres hac duo templa die.
accepit Phoebo nymphaque Coronide natum
Insula, dividua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte est: cepit locus unus utrumque,
iunctaque sunt magno templa nepotis avo.

2. BF 3. CC 4. DC

Quis vetat et stellas, ut quaeque oriturque caditque,
dicere? promissi pars sit et ista mei.
felices animae, quibus haec cognoscere primis
inque domus superas scandere cura fuit!
credibile est illas pariter vitiisque locisque
altius humanis exseruisse caput.
non venus et vinum sublimia pectora fregit
officiumve fori militiaeve labor:
nec levis ambitio perfusaque gloria fuco
magnarumque fames sollicitavit opum.
admovere oculis distantia sidera nostris
aetheraque ingenio supposuere suo.
sic petitur caelum: non ut ferat Ossan Olympus,
ipsaque Peliacus sidera tangat apex.
nos quoque sub ducibus caelum metabimur illis,
ponemusque suos ad vaga signa dies. —
ergo ubi nox aderit venturis tertia Nonis,

sparsaque caelesti rore madebit humus,
octipedis frustra quaerentur bracchia Cancri:
praeceps occiduas ille subibit aquas.
institerint Nonae: missi tibi nubibus atris
signa dabunt imbres, exoriente Lyra.

5. E NON·F 6. FF 7. GC 8. HC 9. A AGON

Quattuor adde dies ductos ex ordine Nonis:
Ianus Agonali luce piandus erit.
nominis esse potest succinctus causa minister,
hostia caelitibus quo feriente cadit,
qui calido strictos tincturus sanguine cultros
semper, agatne, rogat, nec nisi iussus agit.
pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
nomen Agonalem credit habere diem.
pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum,
una sit ut proprio littera dempta loco.
an, quia praevisos in aqua timet hostia cultros,
a pecoris lux est ipsa notata metu?
fas etiam, fieri solitis aetate priorum
nomina de ludis Graeca tulisse diem.
et pecus antiquus dicebat 'agonia' sermo,
veraque iudicio est ultima causa meo.
utque ea non certa est, ita rex placare sacrorum
numina lanigerae coniuge debet ovis.
victima, quae cecidit dextra victrice, vocatur:
hostibus a domitis hostia nomen habet.
ante, deos homini quod conciliare valeret,
far erat et puri lucida mica salis.
nondum pertulerat lacrimatas cortice murras
acta per aequoreas hospita navis aquas:
tura nec Euphrates, nec miserat India costum,
nec fuerant rubri cognita fila croci.
ara dabat fumos herbis contenta Sabinis
et non exiguo laurus adusta sono.
si quis erat, factis prati de flore coronis
qui posset violas addere, dives erat.
hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri,
in sacris nullum culter habebat opus. —
prima Ceres avidae gavisa est sanguine porcae,
ulta suas merita caede nocentis opes.

nam sata vere novo teneris lactentia sucis
eruta saetigerae conperit ore suis.
sus dederat poenas. exemplo territus huius
palmite debueras abstinuisse, caper.
quem spectans aliquis dentes in vite prementem
talia non tacito dicta dolore dedit:
‘rode, caper, vitem! tamen hinc, cum stabis ad aram,
in tua quod spargi cornua possit, erit.’
verba fides sequitur. noxae tibi deditus hostis
spargitur adfuso cornua, Bacche, mero.
culpa sui nocuit, nocuit quoque culpa capellae:
quid bos, quid placidae commeruistis oves?
flebat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas
viderat inceptos destituisse favos.
caerula quem genetrix aegre solata dolentem
addidit haec dictis ultima verba suis:
‘siste, puer, lacrimas! Proteus tua damna levabit,
quoque modo repares quae periere, dabit.
decipiat ne te versis tamen ille figuris,
inpediant geminas vincula firma manus.’
pervenit ad vatem iuvenis resolutaque somno
adligat aequorei bracchia capta senis.
ille sua faciem transformis adulterat arte:
mox domitus vinclis in sua membra redit
oraque caerulea tollens rorantia barba
‘qua’ dixit ‘repares arte, requiris, apes?
obrue mactati corpus tellure iuvenci:
quod petis a nobis; obrutus ille dabit.’
iussa facit pastor: fervent examina putri
de bove. mille animas una necata dedit.
poscit ovem fatum. verbenas inproba carpsit,
quas pia dis ruris ferre solebat anus. —
quid tuti superest, animam cum ponat in aris
lanigerumque pecus ruricolaeque boves?
placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
ne detur celeri victima tarda deo.
quae semel est triplici pro virgine caesa Dianae,
nunc quoque pro nulla virgine cerva cadit.
exta canum vidi Triviae libare Sapaeos,
et quicumque tuas accolit, Haeme, nives.
caeditur et rigido custodi ruris asellus:

causa pudenda quidem, sed tamen apta deo.
festa corymbiferi celebrabas, Graecia, Bacchi,
tertia quae solito tempore bruma refert.
di quoque cultores in idem venere Lyaei,
et quicumque iocis non alienus erat:
Panes, et in venerem Satyrorum prona iuventus,
quaeque colunt amnes solaque rura deae.
venerat et senior pando Silenus asello,
quique ruber pavidas inguine terret aves.
dulcia qui dignum nemus in convivia nacti
gramine vestitis accubuere toris.
vina dabat Liber. tulerat sibi quisque coronam:
miscendas large rivus agebat aquas.
Naïdes effusis aliae sine pectinis usu,
pars aderant positis arte manuque comis.
illa super suras tunicam conlecta ministrat,
altera dissuto pectus aperta sinu.
exserit haec umerum, vestem trahit illa per herbas.
inpediunt teneros vincula nulla pedes.
hinc aliae Satyris incendia mitia praebent,
pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.
te quoque, inexstinctae Silene libidinis, urunt:
nequitia est, quae te non sinit esse senem.
at ruber, hortorum decus et tutela, Priapus
omnibus ex illis Lotide captus erat.
hanc cupit, hanc optat, sola suspirat in illa,
signaque dat nutu sollicitatque notis.
fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.
inrisum vultu despicit illa suo.
nox erat, et vino somnum faciente iacebant
corpora diversis victa sopore locis.
Lotis in herbosa sub acernis ultima ramis,
sicut erat lusu fessa, quievit humo.
surgit amans animamque tenens vestigia furtim
suspenso digitis fert taciturna gradu.
ut tetigit niveae secreta cubilia nymphae,
ipsa sui flatus ne sonet aura, cavet.
et iam finitima corpus librabat in herba:
illa tamen multi plena soporis erat.
gaudet et, a pedibus tracto velamine, vota
ad sua felici coeperat ire via.

ecce rudens rauco Sileni vector asellus
intempestivos edidit ore sonos.
territa consurgit nymphe manibusque Priapum
reicit et fugiens concitat omne nemus.
at deus, obscena nimium quoque parte paratus,
omnibus ad lunae lumina risus erat.
morte dedit poenas auctor clamoris. et haec est
Hellespontiaco victima grata deo. —
intactae fueratis aves, solacia ruris,
adsuetum silvis innocuumque genus,
quae facitis nidos, quae plumis ova fovetis
et facili dulces editis ore modos.
sed nil ista iuvant, quia linguae crimen habetis,
dique putant mentes vos aperire suas.
nec tamen hoc falsum. nam, dis ut proxima quaeque,
nunc penna veras, nunc datis ore notas.
tuta diu volucrum proles tum denique caesa est,
iuveruntque deos indicis exta sui.
ergo saepe suo coniunx abducta marito
uritur Idaliis alba columba focis.
nec defensa iuvant Capitolia, quominus anser
det iecur in lances, Inachi lauta, tuas.
nocte deae Nocti cristatus caeditur ales,
